

Ast, qui dum fuerit labor molestus,
Censurae variis notis onustus,
Da quaeso! quis amet, quod ipse nescit?
Ignoti cui fit modo cupido?
Aut, qui consilio, quod odit, arcet?
Transmisso hoc studio, retroque versus
Tv mores Iuenum, et pios labores
Discentis pariter, Docentis atque,
Quod dignum est EPHORO, Fide reflexâ,
STEMMLERO similis, crebro reuises.

Hic forte inuenies, quod ad palatum,
Emendes aliud, parum probandum,
Tv sensis animi sat euolutis
Si recte moneas, quod est monendum,
Omnes inuenies probe sequaces.

Sic nec canities grauis senectae,
Nec me Pantilius mouere cimex,
Nec quisquam rudior Peto, valebit.
Vnum, quod super est, dicabo votis;
TE, TE, tergeminum, piumque Numen!
TE posco auxilium! Polipotentem
Pro virtute Tuâ piis parandum:

DA PACEM DOMINE IN DIEBUS
Nostris!

